



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De descriptionibus Orationis. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](#)

sumitur, ut dicatur oratio petitio boni, quæ ad Deum dirigitur: & sic maximè à magistris sumitur, ut inferius patebit. Quādoq; vero amplius restringitur, scilicet ad petitionē quæ est pro adipiscendis bonis. Vnde Glo. super illud Psal. Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem, &c. Deprecatio est pro remouendis malis, oratio pro adipiscendis bonis.

De descriptionibus Orationis.

C A P . I I .

Circa secundū notandū, quod oratio sic describitur à Ioanne Damasco. Oratio est ascensus intellectus ad Deum. Intellectum verò hic accipias prout comprehendit duas vires, quæ sunt propriæ animæ rationalis, quarum una est apprehensiva, altera motiva. Apprehensiva dicitur intellectus speculatius: motiva intellectus practicus. Ad Deum ascendit, cum hac consideratione humanorum defectuum, ad considerationem boni sufficienissimi, & potentissimi supplere defectus illos transit. Et inititur in hoc modo quo debet procedere qui vult orare. Primo enim debet defectus suos considerare, deinde ascendere ad eius liberalitatem, qui hoc potest supplerre. Vnde 3. Reg. 8. Dixit Salomon templo ædificato: Si quis cognoverit plagā cordis sui, & excederit manus suas in domo hacten exaudies in cælo, &c. Intellectus practicus ad Deum ascedit desiderio & spe, à liberalitate eius sperando impleri desiderium suum. Item oratio describitur sic à Ioanne Damasco. Oratio est petitio decentium à Deo. Non decet Dei filios omnia indifferenter petere. Nec Deum decet omnia indifferenter dare. Non sunt petenda à Deo, nisi honesta. Seneca in epistolis: Quāta, inquit, dementia est hominum? turpissima vota Deo insulstant: ita ut si quis aurē admouerit, conticescant, & quod scire hominē nolunt, Deo narrant. Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat: sic loquere cum Deo, tanquam homines videat. Nō decet filios Dei petere vilia: ut sensibilia ista quæ sunt transitoria, & corruptibilia. Seneca in epistolis: Maior sum, & ad maiora natus, quam ut mancipium sim sensuum meorum. Item non decet viros virtutis petere puerilia. Cor. 13. Quando factus sum vir, euacuavi quæ erant parvuli. Iste oratio sic describitur: Oratio est pius mētis affectus in Deum dilectus. Iste affectus desiderium est. Vnde super illud 1. Thes. vlt. Sine intermissione orate, dicit Gl. Ipsum desiderium bonū oratio est: & si continuū est desiderium, continua est oratio. Pietas, à qua pius est affectus quæ est oratio, est theosebia, siue cultus Deo debitus, qui comprehendit fidem, spem, & charitatem. Vnde Aug. de otando Deo, ad Probam: Ipsa fide, spe, & charitate continua-

to desiderio semper oramus. Idem in eodem: Ora in spe, oīa deliter & amanter. Affectus qui est in Deum dicitur dirigit modum nuntij. Est enim velut nuntius ab homine ad Deum missus. Vnde super illud Psal. Intrat oratio mea in conspectu tuo dicit Gloss. Virtus magna puræ orationis hic notatur, qui quæ persona quedam ad Deum intrat, & mandatum peragit, quoquo peruenire nequit. Item in lib. de Spiritu & anima, sic describitur: Oratio est mentis conuersio in Deum per pium, & humilem affectum. Gre. verò in sexta parte Moral. dicit quod veranter orare est amatos compunctionis gemitus, & non compōnū verba resonare. Item oratio magistraliter sic describitur: Oratione est ostensio voluntatis nostræ ei à quo impetrare speramus, id quod desideramus.

De commendatione Orationis. C. A. P. III.

AD commendationem Orationis, Primo valere potest si quis admonitio, quam sacra scriptura facit ad orandum. Eccl. 18. Non impediaris orare semper. Iere. 33. Clama ad me, & exaudiā te. I. Mach. 5. Et nunc clamemus in celum. Luc. 11. Tete & dabitur vobis: querite, & inuenieris; pulsate, & apeniu vobis. Aug. Nō tamen hortaretur ut peteremus, nisi date vellet. Erubescat humana pigritia: plus vult ille dare, quā nos accipere: plus vult ille misericordia, quā nos à miseria liberari. Itē I. 22. & Matt. 26. Vigilate & orate nō intretis in tentationē, ad Ro. 12. Orationi instantes. Idem ad Col. 4. 1, ad Thessal. 1. vlt. Sine intermissione orate. Iac. 1. Si quis indiget sapientia, postule a Deo, &c. Eiusdem 1. Tristatur aliquis vestrum, &c. 1. Pet. 4. Vigilant orationibus. ¶ Secundò exempla, & inter ea est efficacissimum exemplum Christi, qui licet oratione nō indigeret, cùm p. se omnia posset: tamē vt daret nobis exemplum orandi, toties orabat. De eius oratione habes Mat. 14. Dimissa turba ascēdit in montem solus orare. Item eiusdem 26. Sedere hic, donec vadā illas, & orem: progressus pusillum prœcidit in faciē suam, oras & dicens: Pater mi, &c. Et paulò post: Iterum secundò abiit, & orans dicens: Pater mi, &c. Et subditur: Et orauit tertio eundē sermonem dicens. Idē Marc. 1. Diluculo valde surgens, egressus abit in desertum locū sibi quæ orabat. Item Luc. 4. Iesu baptizato & orante, apertum est celum. Et eiusdem 6. Factum est in diebus illis exiit in monte orare, & erat per uno stans in oratione Dei. In eiusdem 9. Facta est species eius alterā dum oraret. Itē 11. Facta est cùm esset in loco quodam orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eū: Domine doce nos orare. Item eiusdem 11. factus in
qua nesci
hora. Iter
mendati
causa bre
na, quod
seruiens
oratione
tribus ci
eraret. E
ctum ab
mita leg
orantis,
dum ca
to ait: P
nō desin
dificatu
uem car
ste ante
genter r
opus ad
standiū
qua nec
neglige
secundū
diligent
magister
gelorum
gelus T
tuos: reg
elle on
gnatur
homo o
tatur in
thuriſſa
tat, qua
à Deo
¶ Quin
operu
bus m
licetat